

2a 20

DISSERTATIONEM
IN AVG VRALEM MEDICAM
DE
SANGVINIS
AD CEREBRVM TENDENTIS
INDOLE,

PRAESIDE
ALBERTO HALLERO
MAGNAE BRITTANNIAE REGIS CONSILIARIO AVLICO,
ET ARCHIATRO, SUPREMI SENAT. BERNENSIS
DVCENTVMVIRO, SOCIETAT. LONDINENSIS,
ET UPSALIENSIS, ET ACAD. REG. SCIENT.
SVEC. SODALI,

PRO GRADV DOCTORIS
IN ACADEMIA
GEORGIA AVGUSTA

DIE XIV. SEPTEMBER. M DCC XXXXVII,

PVPCLICE DEFENDET.
DANIEL IOANN TAVBE.
CELLENSIS.

G OTTINGAE,
LITERIS IOANN. FRIDER. HAGERI.

DISSESTRA TIONEM
TRANSCARAVI MEDICAM

20
SANDVINS
DE GERRARVM TENDENTIAS
I. D. S. C. I.

ОТЯВИЛ
ХАЛЛЕРО
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ

LI. GRADA DOCTORIS

IN ACADEMIA
SANCTI MICHAELI
SANCTI MICHAELI
SANCTI MICHAELI

TRANSCARAVIT
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ

PIPERIS SOLANUM
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ
САНДВИНСКИЙ МЕДИЦИНСКИЙ УНИВЕРСИТЕТ



PROEMIUM.

Quantum quidem in arte salutari faciat mathematicum solidior doctrina, quiuis eorum gnarus perspiciet luculentissime. Felix enim seculum, in quo Medicinae omnis Philosophia nupta fuit, incrementum Higeae tribuit dum iam iam exoptatum desideratumque. Apparet inde, quantas mereantur laudes virorum hisce doctrinis excellentium lucubrationes traditaeque veritates. Qualium exempli gratia meditationum campum amplum sane & necessarium nobis apriore Viri, quorum memoria apud nos celebratur quotidie. HARVÆS scilicet, sanioris de sanguine

A

ne

PRO E M I V M.

ne doctrinae conditor, PITCARNIVS ille, MAGNVS BATAVVS, BOERHAVIVS, KEILIVS, SCHREIBERVVS, LEVWENHOEKIVS, GORTERRVS, plurimique celeberrimi viri. Qui omnes, & quis nescit? ex perpetua mathematicarum disciplinarum ad corpus humanum applicatione aedificium suum exstruere. Sed, quanto certius regularam illarum veritates adparent, tanto difficilior ad machinam nostram viuentem fit earum applicatio. Vnde, prohdolor! vicissitudines illae insigne oriri mihi videntur, quae in applicandis ex mathematicum ambitu desumptis veritatibus prodierunt! Vnde, inquit BOERHAVIVS (a), „illi dedecorosicer, te in mathematicis errores, eorum, qui theore, mata de corporibus definitae indolis ad corpus „nostrum transtulerunt. Posuit, ut rem exemplo clarius reddam Cel. BORELLVS (b) ad movendas 20. libras sanguinis vim 180, 000. librarum. Ereditus KEILIVS (c) e contra libram unam ad movendas centum libras, sic eorum differentia est ut

1-900,

(a) Prolegom. paelect. academ. p. 48.

(b) De motu animali p. II. propos. 72.

(c) Tentam, phys. de vi cordis. p. 43.

1-900, 000. Cel. IVRIN (*d*) novam stabiliens hypothesin determinavit cordis vim systolicam ad $32\frac{1}{2}$ libras. Sic accedet fortasse quidam, qui reliquis reiectis opinionibus novam rationibus firmare conabitur.

In vniuersum autem, cum mechanicus ea potissimum considerat, quae per machinas in genere possibilia sunt, (*e*) non attendit ad singulares determinationes a materiei conditione desumptas. Ille enim de mouenda mole quadam cogitans, ponderatis prius circumstantiis inueniet facile instrumentum huic moli accommodatum, nulla habita ad qualitatem materiei ratione. Applicabit nunc ea omnia ad molem sanguinis determinatam mouendam, inueniet vim necessariam cordis. Sed hic de tempore oritur quaestio, an non obseruetur ipsarum arteriarum vis contractilis, sanguinis conquassatio, formae & voluminis diminutio, multaque alia semper simul occurrentia phoenomena. Absit tamen a me, vt de laudibus solidae huius doctrinae tantulum detrahere coner. Nam quamuis nec illorum eruditissimorum virorum

A 2 experi-

(*d*) Philos. transf. Abridg. V. 4. P. ii. p. 85.

(*e*) WOLFF. §. 752. mechan. edit. lat. l. i. bdi (4)

P R O E M I V M.

4

experimenta in virium cordis determinatione probe respondeant; nullum tamen mihi dubium relinquitur, quin temporis tractu curatius determinetur. De nulla enim invenienda veritate omittendam esse spem notauit Cel. SCHREIBERVS (f). „Ego vero, inquit, sic sensi semper, non dari a- „liquid, cuius veritas vel falsitas ab homine tan- „dem demonstrari nequeat.

Paribus difficultatibus legum hydrostaticarum applicatio premitur. Sollicita est illa scientia de ratione grauitatis fluidorum (g) determinanda. Sunt in corpore nostro fluida; datur in iis grauitas & leuitas specifica. Varia hinc fluere phae-nomena ex hydrostaticis explicanda, constat. Sed quaenam felicem grauitatis specificae humorum corporis nostri impediant saepissime detectionem, breuibus delibabimus. Ad id praestandum nihil fere amplius opus est, quam ut SCHREIBERI (h) verba nostra faciamus, qui ita concludit: „Quum „sanguis e vena emissus semper minus spatium te- „net, quam quidem in vase occupauit, sequitur,

„si

(f) Elementa medicinae, in praefat.

(g) WOLFF. Hydrost. S. 106.

(h) Ibid. L. I. cap. II. §. 175. seq.

„si sanguinis specifica grauitas ad cognitam spe-
cificam alias fluidi grauitatem referenda est,
„e. g. aquae, sanguinem e vena emissum, ma-
 „iorem grauitatis specificae rationem habiturum
 „ad aquae grauitatem; eundem autem motum in
 „vase, ad eandem minorem rationem habiturum
 „esse.

„Emissum modo sanguinem ad bilancem pon-
 „derans, igitur veram specificam grauitatem san-
 „guinis non adsequitur.

„Fandem autem adsequitur tum, si, cogni-
 „ta prius ex physicis ratione incrementis rarefa-
 „ctionis in sanguine ad auctum quemcunque ca-
 „lorem, & calore, sanguini inexsistente, per
 „thermoscopium explorando, per calculum reperi-
 „tur quantitas rarefactionis, nunc in sanguine
 „praefens; reliqua enim tunc facilia. Sed ultim-
 um hoc non tam facile est artificium, quin er-
 ror quidam hic committi nequeat, & summa adeo
 circumspectione opus est. Taceamus diuersitates
 fluidorum, cum quibus hydrostatica operatur, ab
 humoribus corporis nostri, quibus propria
 omnino conueniunt praedicata, in reliqua fluida

A 3

non

non cadentia. Quare & BOERHAAVIVS hydrostaticam ad humores nostros applicatam, hydrostaticam dicere amat. Videbimus, num pro scopo dissertationis nostrae felici Minerua infra particulam Hygrostaticae ex nostris meditationibus addere queamus, gauifuri, si dextre cedat evictio. Explicat deinde Hydraulicæ leges motus fluidorum, & illius ductu etiam motus fluidorum corporis nostri nobis explicandi sunt. Ratio quidem inde redditur variorum, ut verum fateamur, phoenomenorum, sed illam non esse adeo completam, vel ex ipsis WOLFFII verbis (*i*) satis abunde patet: „Legum motus, inquit, aquarum „scientiam, si quando perfectam habebimus, motus fluidorum in corpore animali, distinctius cognoscetur, vnde multa commoda in genus hummanum redundabunt.

At enim vero nec ipsius Hydraulicæ leges ad omnes casus speciales applicari rite valent. Satis iamiam cognitum experimentum paulo curatius indagemus. Quis negat, fluidum in vase inferius perforato, contentum, celerius primo, inde

(*i*) In Praefat. ad Hydraul.

inde tardius per foramen profluere (*k*) ; sed applicatione ad corpus nostrum in venae sectione facta, invenitur certis conditionibus contrarium. Incidamus venam plethorici quoad vasa, (admittatur diuisio plethorae quoad vasa & vires) perpendiculariter quaecunque obseruabilia. Facta incisione prorumpit sanguis exiguo saltu. Nam arteriarum vis & elater ex abundante sanguine insigniter imminutus fuit. Detracto sanguine, quantum nempe ad plenariam arteriarum elasticitatem restituendam necesse erat, sanguis maiori celeritate, hinc copia, prorumpere incipiet. Obiciuntibus nonnullis traditum exemplum cum displicere potuisse, aliud propinare studebimus. In illo enim vase orificium inferius positum applicationem ad ramum venae, in latus excurrentem, aegre admittet. Notum est in regularum hydraulicarum applicatione ad corpus nostrum, quod si cylindro maioris luminis ad latera iungantur tubuli communicantes minores, per quos fluidum in maiori cylindro contentum, fluat, celeritatem motus huius fluidi tanto celerior sit, quanto lumen mino-

ris

(*k*) WOLFFII Auszug aus den Anfangsgründen der Rechenkunst §. 86.

ris cylindri maioris lumine minus est. Hanc veritatem autem inconsiderate applicavere nonnulli ad medicinam, ita concludentes: Quo minus est lumen arteriarum lateralium aortae, quam trunci, eo citius per eas sanguis rotatur. Id quod Cel. HOFFMANNVM (*l*) iamiam decepit, qui hoc afferere non dubitauit. Contrarium autem evincitur ex summa luminum minorum, lumen maius longe exsuperante, vt ipsum in minimis taceamus maiorem attritum. Sic sentit mecum Ill. PRAESES (*m*) sic Cel. SCHREIBERVS, dicens (*n*) sanguinem maiori velocitate moueri per truncum, quam per arteriosos ramos.

Aërem pro ratione ponderum comprimi, si volumina aëris compressi in eadem ratione reciproca

(*l*) Medic. system. L. I. Sect. I. Cap. VI. §. XVII. Ne sanguis, inquit, in angustissimis vasibus stagnet & totus circuitus inde impeditior fiat, longe celerius ipse mouetur in angustioribus, quam in capacitoribus vasibus, adeo, ut pro differentia angustiae, proportio reciproca velocitatis motus fluidorum crescat.

(*m*) Praelect. acad. Tom. II. p. 265. Not. O. C. textu.

(*n*) p. 324. §. 118.

proca deprehendantur, evincitur in aerometria (o). Quoties enim & MARIOTTVS aliique experientia hac de re instituta examinarunt, veritatem huius euentus inspicerunt. Sed ut ipsam taceamus WOLFFII confessionem, hypothesis, (p) aerem cum ambiente externo, si comprimatur, cetera paria habere, (q) non valet ad machinam nostram. Non enim in duobus subiectis, si atmospherici aeris aequalis rarefactio, aeris interni eadem ratio adsumi potest. Explicauimus iamiam in superioribus rem plethorici hominis exemplo; idem nobis hic inseruire potest. Ponamus, aeris incumbentis columnam aequalem in phlegmaticum & sanguineum simul agere. Noscitur ex structura corporis humani fibras phlegmatici debiles esse atque laxas indeque minus afficiendas. Sanguinei rursus fibrae omnes sunt magis paulum tensae, & sensiles. His positis sequitur necessario, eum facilius affici ab aere expanso, quam illum, cuius habitus ad recipiendas aeris mutationes minus idoneus existit. Fieri igitur difficillimam principiorum aerometricorum applicatio-

(o) WOLFF. aerometr. §. 72.

(p) Ibid. §. 75. Schol. 2.

(q) Ibid. II3.

tionem ad corpus humanum, constat. Opticorum principiorum fundamenta; cum ex ipsa medicina, sive potius ex anatomie subtiliori oculi desumpta sint, vltiori disquisitioni non egent.

De acusticis idem constat. Deprehensis igitur tantis in applicandis mathematicis veritatibus ad medicinam dubiis, vitio nobis fortasse vertent B. Lectores nos idem facere ausos esse. Sed quae-
rentibus iis, cur de huius difficultate praefati si-
mus, nos doctrinarum illarum ad corpus huma-
num applicationem non impossibilem plane, at
vero difficillimam dixisse, sciant. BOERHA-
VIVM deinde nobis cum idem sentire in superiori-
bus iam alligauimus. Eo minus igitur nobis quo-
que imputandum erit, si grauitate operis detenti,
viribus aliquando deficientibus, &, homines, er-
remus. In magnis enim voluisse sat est!



EXPE-



EXPERIENTIA ANATOMICA. I.

Cum mihi sanguinis indolem ad cerebrum
tendentis examen instituenti incumbit,
canalium in quibus continetur, descri-
ptionem, quantum fieri potest, exactam premit-
tere, occurrit primo nomen considerandum. Ori-
tur autem secundum recentiorum principia a ver-
bo graeco *νησ* (a) quod cor significat, quia, ex
veterum sententia, carotis ex corde immediate
progredi necesse erat. Sunt quidam, qui nomen
istud a *νησος*, somnus, deriuant, quique aliqualem
veritatis speciem prae se ferunt.

Eminet in illis RVFFVS, (b) Qui ad stabili-
liendam suam sententiam ERASISTRATI experi-

B 2 men-

(a) BOERH. praelect. academ. Tom. II. p. 337. (1)

(b) περι αυτοπτερ μος. p. 42.

mentum allegat. Is enim, quoties arterias has filio circumduxit, semper animal in soporem incidisse animaduertit. VESALIVS inde & soporales appellauit. Sed cum res sit exigui momenti, idem esset, siue appellaueris soporales siue carotides. Inter ea tamen nomen frequentius magisque visitatius his conseruasse iuuabit.

EXPERIENTIA II.

Oriuntur autem celebres illae arteriae ex ipso arcu aortae. Dextra quidem ex communi trunco arteriae dextrae; ita tamen, ut sit subclavia cordi propior, quam carotis, quae tantulum posterius inflexa ascendit, illa autem diuisione facta, tendit angulo satis obtuso dextrorsum ad claviculam, unde nomen. Nostra autem pergit recto itinere ad ramum thyroideae superioris. Longissima sine ramis dici meretur. Nam, quam diuersitatem NICOLAI (c) vidit, inter rarissima numerandum esse censemus. Sinistra, sinisterius principium dicit, ex arcu aortae, inter illam & subclaviam sinistram a corde remotiorem, sicque fere ad pendit.

(*) Vid. ejus diff. de direct. vasor. p. 25. ubi thyroidea inferior ex carotidum trunco orta fuit.

pendiculum, ut altera ascendit, data thyroidea superiori sinistra, ad diuisionem, munitae ambae ab arteria aspera eminente in medio.

E X P E R I E N T I A III.

Datis ramis ad thyroideam, surgunt paululum (*d*) & diuiduntur in externas internasque. Spatium autem inter illum & diuisionem adeo interdum exiguum esse notauit Ill. **P R A E S E S**, (*e*) vt tres rami adeesse videri possit.

S C H O L I O N I.

Quilibet ramorum & internus & externus audit, cum certum sit, quod Ill. **P R A E S E S** de iis notauit (*f*), nobis de vasis cerebri agentibus, liceat, externam veram pro interna habere, quia haec potissimum cranium intrat.

S C H O L I O N II.

Externarum carotidum descriptionem ad scor-
pum nostrum non facientem omittamus, potius
internarum cursum paulo exactius perpendemus.

B 3

EX-

(*d*) Vid. Ill. **P R A E S.** Icon. Fascic. secund. de arter. maxill. N. 6.

(*e*) I. cit. & cum illo Cl. **G V N T Z I V S** p. 12.

(*f*) I. cit. Not. a.

EXPERIENTIA III.

Largitis igitur ramis istis inclinantur paulo retrorsum, sub neruo noni paris & octaui, ad basin linguae abientis (g). Inde ad anterius pergunt modo acutioribus modo obtusioribus angulis (h), donec ad regionem arteriae temporalis peruenient. Retrorsum e regione auris tendunt, & efficiunt sub ramo arteriae temporalis exterioris angulum ad anterius vergentem, valde obtusum, qui reddit in alium acutorem, duram matrem perforantem.

SCHOLION III.

Deponere muscularum suam membranam in canali osseum dicunt alii (i), alii repugnant, in quibus LUDOWIGIVS (k) & CEL. ALBINVS, robur amittere & tenerrimas fieri, affirmant. Canalis autem osseus arterias circumdat, quo minus sese expandendi ullum spatium superfit.

EXPERIENTIA V.

Foramen ex quo canalis componitur, transit per ipsum os temporum ad anterius magni foramina (m)

(g) l. cit. c. g.

(h) l. cit. Not. c. (n)

(i) BOERH. instit. §. 231.

(k) De arteriar. tunic.

minis (l). WILLISIUS quidem illud (m) sed male in osse sphenoidico posuit.

SCHOLION III.

Membrana, quam habet canalis, ex ipsa dura matre, ut reliquae omnes, deducitur, illaque intus cingitur, ita ut vaginam quasi efficiat (n).

EXPERIENTIA VI.

Ingressu in cranii partem internam facto trbuunt statim durae matris suos ramos. (o) „Tunc „mirabili flexu, inquit ill. PRAESES, (p) ex osso ca- „nale antrorum ascendunt, deinde antrorum trans- „versa pergunt, paulum deorsum, inde sub pro- „cessu clinoideo anteriori occultae introrum adcen- „dunt, ultimoque flexu sursum paulumque an- „trorum.

EXPERIENTIA VII.

Pia mater iam iam proxima suscipit eius ramos, qui deinde nervis conferuntur (q). His factis transeunt

(l) BOERHAAV. paelect. Tom. II. p. 343.

(m) WILLIS. de cerebro Cap. VIII. p. 54. it. p. 56. fig. 1.

(n) VIEVSS. neurolog. p. 31.

(o) BOERH. insit. Tom. II. p. 78.

(p) Icon. fascic. I. bas, cran. 23.

(q) BOERH. Tom. II. p. 345. Not. p. 78. q. ibid. (r)

feunt per arachnoideam siue piam matrem secundam in cerebrum, & diuiduntur potissimum in anteriores, laterales, & posteriores ramos vnde circulus WILLISII alias dictus (r). Quorum anteriores prius coniunguntur & perueniunt in diuisione lobulorum anteriorum cerebri ad superiora ibique potissimum desinunt. Posteriores cum vertebralibus communicant.

EXPERIENTIA VIII.

Subclavia arteria ex arcu aortae progrediens, targitis ramis mammatiis, descendantibus, thyroidea inferiori antrorum ascende, eleuat retrorsum Vertebrales.

SCHOLION V.

Nominis origo & deductio satis superuacanea foret, cum etiam tironi anatomico notum sit eam a vertebris colli, quibus in interiori parte traduntur, oriri.

SCHOLION VI.

Foramina septem vertebrarum colli ex osteologicis cognita, promouent earum cursum, illasque

(r) Ibid. p. 78. §. 231. Note II. p. 342. Note IV. p. 343.

que ab iniuriis defendunt, liberant, ne in aliquali
colli flexione compressionem patiantur facile leth-
alem (s).

EXPERIENTIA VIII.

Ingrediuntur autem plerumque in foramine
vertebrarum sexto, interdum septimo, interdum
adhuc alia ratione, cuius diuersitatem recenset Ill.
PRAESES (t). Ad tertium foramen, nam huc vs-
que in recta linea pergunt, inclinant paulo intror-
sum ductu processus illius vertebrae.

Secunda vertebra (u) dicit illas per canalem
sursum & extrorsum, quae iuncta cum prima re-
digit illarum cursum dupli modo ad anteriora,
postea sursum aliquantulum, retrorsum, & deor-
sum migrant, tandem per foramen magnum ad du-
ram matrem.

SCHOLION VII.

Toto hoc itinere, nec minus quam carotides,
(Schol. III.) inuoluuntur vaginali illa tunica du-
rae

(s) Ibid. p. 347.

(t) I. c. Not. b.

(u) Ibid.

C

rae matris (x). Sic firmiter muniendae erant, cum illae ad cerebrum nutriendum potissimum destinatae, minus periculi in earum laesione praes se ferunt, quam quae ad cerebellum, unde cordis motus, abeunt,

SCHOLION VIII.

Ad nutritionem cerebri potissimum destinatas esse carotides, proferre ausi sumus. Quod quidem omnino verum est, si myriades arteriolarum, ex quibus cerebrum omnimode constat, sic appellantur. Non negamus interim exitum earum in nervos, neque liquoris cuiusdam speciem, ejusque in illos depositum.

EXPERIENTIA X.

Quot vertebrarum interualla sunt, toties ex arteria nostra producuntur surculi, quorum quiuis ramum medullae spinali tribuit. (y) alii musculos perforant. Prope atlantem dant arteriam occipitalem externam (z).

EXPE-

(x) I. c. §. 232.

(y) WINSLOW de art. p. 96.

(z) Ibid. p. 97.

EXPERIENTIA XI.

Postquam in cranii interiorem partem introiere, repunt ad latera crescentis medullae, propius ad se inuicem accedunt, donec in vnum canalem conuergant.

SCHOLION VIII.

WINSLOWVS (*a*) canalem ipsum basilarem, VIEVSSENIVS ceruicalem appellauit (*b*).

EXPERIENTIA XII.

Procedit deinde ramosus ad anteriora inter arachnoideam & piam matrem (*c*) & jungitur ipsis carotidum ramis (experient. VII.) posterioribus.

SCHOLION X.

Diuisionum insigniorum ramorum mire inter se contortorum explicationem elegantissimam proposuit Ill. PRAESES (*d*).

EXPERIMENTVM I.

Humor ex aperta arteria vel vena sani corporis effluens, est purpureus, ad sensum homogeneus,

C 2 cali-

(*a*) Ibid. p. 99.

(*b*) Neurolog. p. 35.

(*c*) SPIGEL. L. X. T. IX. fig. 2.

(*d*) Prael. acad. Tom. II. p. 350. Not. g. it. p. 351. Not. a.

calidus, fluidus, qui fumat adeo, vt vase, postea operculi ope statim clauso, exceptus, illud obnubilet intus. Atque illud exhalans ingratum, acre, longe citius exhalat, quam aliud aqueum quodcunque (e). Concrescit statim, parte sua quadam pertente fundum, in corpus quoddam, quod superius aeri vicinum, ruberrimum, inferius autem ab aere remotum, atrum est. Inuerso corpore, pars rubra antea iam fit atra, & contra.

EXPERIMENTVM II.

Idem fit in vacuo.

SCHOLION XI.

Appellatur sanguis ex corpore emissus, nullo habito ad partes eius constituentes, respectu, crux; corpus autem concretum placenta siue insula.

LEMMA I.

Placentae incumbit fluidum flauum, moratum, quod serum audit, quodque effundendo semper a placenta, post aliquot dies illam totam consumit. SCHREIBER (f).

COROL.

(e) HOFFMANN. med. system. L. I. Sect. I. C. V. §. 6.

(f) Physiol. T. I. c. II. §. 173.

COROLLARIVM I.

Sanguis ergo corporis nostri constat ex purpura, sero & aqua. (Experiment. I. Lem. I.)

COROLLARIVM II.

Quum autem placenta tota in serum mora abire queat (Lem. I.) ponere possumus, sanguinem constare ex aqua & sero.

EXPERIMENTVM III.

Excipe cruentum tubulo vitro & microscopio obiice, videbis magnum numerum globulorum rubrorum sibi adiacentium, quorum quatuor diametri conueniunt cum fili argentei diametro, qualium 485. duodecimam Londinensis pedis partem efficiunt. LEVVENHOECK.

EXPERIMENTVM IIII.

Quisque globulus purpureus componitur ex VI. fere globulis aliis, qui separati, non sunt rubri, sed flavi, & coaliti in unum hunc reddunt rubrum.
Idem.

EXPERIMENTVM V.

Sanguis modo e corpore viuo, sano eductus, se habet ad aquam falsam, ut 25: 26. Serum autem

tem ad eandem se habet ut 300: 353. BOER-HAAVE.

AXIOMA I.

Magnitudinum, rationem habentium, quae maiorem habet rationem, maior est. WOLFF. Arithmetic.

COROLL. III.

Serum igitur sanguine est specifice grauius & quidem quaerendo quartum proportionalem numerum ad 253, 300 & 26. reperietur $\approx 30.27\frac{1}{2}$.

COROLL. IV.

Quare serum sanguinem ultra partem sextam grauitate sua specifica superat.

LEMMA II.

In curuaturam aortae prope cor conspicuum est incursus maximus sanguinis, quippe quo maior non datur ad ullam aliam curuaturam arteriarum. SCHREIBER (g).

LEMMA III.

Motus sanguinis vi cordis in arterias sanguineas pulsi, celestissimus est circa axin. ibid. (h).

COROL-

(g) Physiol. Gen. &c. 1719. (h) De motu sanguinis in arteriis. 1724. (b) §. 116.

COROLLARIA V.

Ergo velocitas particularium arteriae latera percutientium minor est propter resistentiam maiorem eisdem factam.

LEMMA V.

Quaevis particula sanguinis in arteriis non quiescit, sed secundum plures directiones pellitur ac sollicitatur. Sollicitationes autem illae copiosissimae sunt prope axis, licet infirmae. SCHREIB. l. c. §. 117.

SCHOLION XII.

Ex hac mora, quae particulis propter maiorem ad latera attritum necit, ipsae particulae euadunt viscidiore. Hinc MICHELOTTI (i) recte infert: „Ad latera vehuntur viscida quaeque, „quia semel impulsa lateribus adhaerent, neque ut alia in axin relabuntur communi fluenti mixta.

SCHOLION XIII.

Arteriarum lateribus adhaerentem pinguedinem suis oculis vidit suis BAGLIVIYS (k).

EX-

(i) De motu fluidor. p. 52.

(k) Experiment. partic. p. 679.

EXPERIENTIA XIII.

Lumen arteriae carotidis communis, est osculum laterale in curvatura aortae & subclaviae.

LEMMA VI.

Liquida tenuiorum massularum in oscula lateralia secedunt. *MICHELOTTI* (1).

SCHOLION XIII.

Liquida tenuiorum massularum in latera secedunt, praesertim, si adscendunt laterales rami.

AXIOMA II.

Corpora, quo solidiora & laeviora, eo rectiori & constantiori velocitate motum suum continuant.

COROLLAR. VI.

(1) Ergo quo tenuiora eo citius in latus secedunt.

COROLLAR. VII.

Ergo in carotidum communem truncum liquida tenuiora secedunt.

COROLLAR. VIII.

Carotides internae sunt ostia lateralia trunci carotidum externarum, ergo liquida tenuiorum massularum in illas secedunt.

COROL-

(1) l. c. p. 65.

COROLLAR. VIII.

Sanguis itaque in truncо communī carotidū subtilior & leuior est, quam aortae; identidem sanguis carotidis internae leuior & subtilior, quam carotidis externae.

THEOREMA.

Sanguis per carotidum truncos ad cerebrum tendens subtilior est, quam qui descendit.

DEMONSTRATIO.

Motus ianguinis in arteriis celerrimus circa axin arteriarum (Lem. III.) & velocitas particulorum arteriae latera percutientium est minor, propter resistentiam maiorem iisdem factam (Coroll. V.) Quare viscidiiores euadunt, & lateribus ad haerent, neque vti alias in axin relabuntur, nec ita prompte in lateralia vas a secedunt (Schol. XII.) vehuntur autem in oscula lateralia liquida tenuiorum massularum. (Lemma VI.) Iam truncus carotidum communis, respectu ad aortam & subclaviam habito, est vas laterale, & carotides internae

D sunt

sunt oscula lateralia carotidum externarum
 (Coroll. VII. & VIII.) ergo vehitur in carotidum truncum communem tenuior pars sanguinis,
 qui pars sanguinis in aorta adest, & identidem in carotides internas tendit fluidior pars sanguinis carotidum; consequenter sanguis ad cerebrum tendens per carotidum trunco subtilior est, quam qui per aortam descendit. i. q. e. d.

SCHOLION XV.

De vertebralibus eadem valet demonstratio.

EXPERIMENTVM VI.

Ligata sue incidimus locum; vbi truncus carotidum absconditur, illudque pari modo in crurali facto, arteriis ambabus prius ligatis, infliximus vulnus aequale, scalpellis eiusdem magnitudinis, eodem temporis momento. Sanguinem profiliensem, arteriis diligatis, excepimus in capacitatem vasorum similium. Quantitate vnius librae ex quauis arteria detracta, immisimus cruentum statim in duas puras, separatas, eiusdem fabricae cucurbitas. Adscendentium molecularum adhaesio in latera vitri, ea obnubilavit sine mora. Destilauiimus ambas leni, sed eodem ignis gradu, quo aucto

in

in utroque, ascendit reliquum ad siccitatem fere capitis mortui in fundo relictæ. Ponderatis probe aquis, inuenimus illius ex carotide vncias octo cum drachmis duabus, illius autem ex crurali vncias octo cum semi drachma. Residua, quantum a lateribus vitri diffraeti separari potuerunt, fuerunt ex cruro carotidum vnciae tres cum aliquot granis, ex crurali autem vnciae tres cum tribus drachmis.

COROLLAR. X.

Nostro igitur experimento, firmatur veritas experimenti primi dissertationis.

COROLLAR. XI.

Ratio igitur seri in sanguine carotidum ad serum arteriae cruralis, sese habet ut 66: 64 $\frac{1}{2}$. & solidi in libra una cruris carotidum ad libram sanguinis cruralis est ut 1442: 1680.

SCHOLION XVI.

Ea, quae hactenus rite instituta demonstratione probauimus, experimento proprio etiam fir-

D 2

mare

mare studuimus, ex quo luculenter, & veritatem demonstrationis nostrae experientia simul concurre, patet.

COROLLARIVM XI.

Arteriae carotides & vertebrales cum depo-
nunt muscularē tunicam intra cranium (Scho-
lion III.) facile a sanguinis etiam exiguo fero-
re in illas irruente laederentur, nisi tot flexurae & angu-
li, quibus pertunditur eius vis, adessent.

COROLLAR. XII.

Perdito aliquando aequilibrio, grauissimis
malis, congestionibus varii generis, deliriis, phre-
nitidi, apoplexiae, causa praebetur.

COROLLARIVM XIII.

Affectus capitis a velociori Sanguinis in il-
lud incursu orti, aegre a sectione iugularium
& arteriarum temporalium curantur. Nec mi-
nus prosunt hic fonticuli, & vesicatoria in fonta-
nella applicata.

COROL-

COROLLAR. XIV.

Inuant e contra in omni Sanguinis circuitu
imminuto, praesertim in cerebro; vt in memo-
riae debilitate, pituita, apoplexia serosa, paraly-
si linguae, oris, palpebrarum, $\beta\alpha\gamma\mu\eta\omega\alpha$ aliisque
similibus.



DE AVIC AD CERBERE TERRAMINT INGENIE 28

COROLLAR. XIX.

lumen e' continet in omni genitivis omnibus
universis, interius in corpori; et in mem-
bris propriis, quibusque corporis, lumen
est in aliis, ut in aliis, quibusque mem-
bris, lumen est in aliis, ut in aliis, quibusque mem-
bris.

Errata.

p. II. lin. 9. loco progreedi leg. vt progrediatur.

p. 25. loc. Corollar. VIII. lege Corellar. VIII.

p. 28. loc. Corollar. XI. lege Corollar. XII.

80 A 6469 (1)

VD18

ULB Halle
002 937 28X

3



TA-70L

R

VDAX

SERTATIONEM
RALEM MEDICAM
DE
NGVINIS
RVM TENDENTIS
NDOLE,

PRAESIDE
O HALLERO
IAE REGIS CONSILIARIO AVLICO,
SUPREMI SENAT. BERNENSIS
, SOCIETAT. LONDINENSIS,
IS, ET ACAD. REG. SCIENT.
SVEC. SODALI,

ADV DOCTORIS

IN ACADEMIA
GIA AVGUSTA

TEMBR. M DCC XXXXVII,

LICE DEFENDET.

IOHANN TAVBE.
CELLENSIS.

OTTINGAE,
ANN. FRIDER. HAGERI.

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

